curare.

[10.] insuper, quia quorumdam fidelium relacione didici-
mus, quam plura de demaniis morticiis et excadenciis ad
regium fiscum spectantibus, necnon quam plura ~~eciam~~
~~castra casalia et possessiones alie et plura alia~~ bona ~~mo~~ [sta]
bilia ~~prodi~~[ill]torum, ~~dicti domini~~ [qui se comites appellabant, et aliquorum fautorum] Manfredi quondam prin-
cipis Tarentini, et quam plura eciam castra casalia et
possessiones alie et plura alia bona mobilia | proditorum
dicti domini patris nostri, que post felices suas victorias
debuerunt ad manus curie devenire, sunt occupata
illicite et detenta, mandamus vobis firmiter et ex-
presse, ut de premissis omnibus inquisicionem diligen-
tissimam faciatis. et si de eisdem aliqua inveneri-
tis occupata illicite et detenta, facto quaterno uno de
omnibus, que sic inveneritis occupata, in quo distincte
et lucide contineantur universa et singula occupata,
et si fuerint de demaniis morticiis vel excadenciis curie,
an de bonis fautorum predicti quondam Manfredi vel
aliorum proditorum, que debuerunt ad manus curie
pervenire, et quorum fuerint, et que sint, et qualia,
et in quibus proventibus, et ubi consistant, ac annuus
proventus et redditus eorumdem per partem et membra,
per quos eciam occupata fuerint, quomodo et qualiter,
ex qua racione, ac ex quorum dictis et deposicionibus
ipsa | inveneritis occupata fuisse, et omnia alia iura
curie regie in hiis contingencia, particulariter et distincte,
quem quaternum statim sub sigillis vestris predictis ma-
gistris racionalibus transmittatis. possessores vero et de-